



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XXVI. Otho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

XXIV. Conradus.

Conrado tota lex iuris erat bene nota.

Sedit annos XVIII. Obiit anno M. C. LXXI. Idibus Ianuarij. Fundator Monasterij Rebdorffensis non procul Eichstadio ad Altimulam seu Almonem fluuium, vbi etiam sepulturam accepit. Dicitur fuisse ex nobili familia à Morspach; Abbas primùm Wildsbergensis, Friderico Barbarossæ perquam charus & gratus, in cuius comitatu fuit, cum expeditionem in Italiam susciperet anno Domini M. C. LVIII.

Iste Conradus Eugenij III. Pontificis Max. de Monachis Heidenheimium reducendis decretum efficaciter exsequens, transactum dedit, quod vel improbitas, vel socordia, vel vtraque prius impedierat. Quapropter pro meritis laudes ab Adelberto refert.

XXV. Egilolphus.

Post hos Dux gentis Egilolph fuit Aureatensis.

Præfuit vndecim annos, & anno M. C. LXXXII. (Bruschius vno anno minus) infula & omni potestate Episcopali sponte sua se abdicauit, propter amissam loquendi facultatem, & manus dexteræ paralyfin.

XXVI. Otho.

Otto sua vite deduxit temporarità.

Sedit annis XIII. Mortuus anno M. C. XCVI. Interfuit translationi S. Valrici, Episcopi Augustani, vt dicitur in Chronico Augustano, quod D. Ioannes Pistorius publicauit. Construxit & consecrauit anno salutis M. C. LXXXVIII. Capellam in honorem Re-

O o sur-

surrectionis Christi, & S. Mariæ Magdalenaë, cuius altare eximiis Sanctorum Reliquiis instruxit, parte etiam dono accepta ab Vdalschalco, Episcopo Augustano.

XXVII. Hertv vicus seu Herdouicus?

Heruicus vitam duxit virtute politam

Addit Bruschianus Catalogus.

Mente Deo gratus praeclara stirpe g. natus.

Hic in manuscripto Codice Othoni successisse dicitur anno M. C. XCV. Id si verum esset, non subsisteret quod tradit Bruschius de morte Othonis anno M. C. XCVI. Additur de eodem Hertvico in eodem Codice. Post hos Hertuicus Germanus Comitis de Sulzbach (alij faciunt Comitem Hirsbergensem) maior Praepositus ibidem succedens, qui gloriosè regnavit XXVIII. annis. Mortuus anno M. CC. XXIII. sub Imperatore Friderico, & Henrico Rege filio eius. obiit VI. Nonas Maij. Est hic ille, de quo Urspergensis anno M. CC. V. Huic (Conrado Herbi polensi Episcopo) in officio Cancellarij successit Episcopus Eychstettensis, frater Comitis de Tollenstein. Quo tamen brevi ab eo officio pulso, Episcopo Ratisbonensi illud est collatum. Anno autem M. CC. V. cathedram S. Willibaldi tenebat Hertv vicus siue Hartv vicus; quem Urspergensis ex Comitum de Tollenstein familia ducit.

XXIIX. Fridericus Primus huius nominis?

Hinc fuit electus Fridericus in ordine rector.

Ex familia de Houenstat seu Havvenstat. Præfuit annos duos. Obiit anno M. CC. XXVI.

XXIX.